

cuius aliàs, inquam, ipsa essentia est, ut sciunt illi, qui aliquo modo supra vulgum philosophantur. Quid multis? Si Antecedens voluntas dicatur universalis, & sit quoq; ut id satis demonstratum est, respectu consequentis: Et consequens sit & dicatur particularis ratione antecedentis: quomodo, per DEUM immortalem, voluntas hæc erunt duæ voluntates, ne dicam contrariæ? 1. Cum eiusmodi universalis & particularis non respectu diversarum operationum ita distinguantur. 2. Cumq; omne particulare ita sic dictum, universale essentialiter includat, nihilque addat aliud, quàm nudam determinationem, ut de genere & specie iam monui.

§5. Cæterum diximus supra, *causam efficientem Præscientia Dei Prædestinationis esse voluntatem DEI conjunctam cum præscientiâ, vel potius omniscientiâ.* Quia igitur hæc quomodo nus demonstratum est, quomodo in summo mysterio huc referenda. sese habeat DEI voluntas: porro ostendendum venit, quâ ratione *præscientia* hîc locum inveniat.

§6. *Omniscientiam* divinam hîc dandam esse, per se liquet. Quod enim volumus, cognitum sit oportet. Cognitio verò hæc ipsa scientia est vel præscientia. Atq; hoc est, quod Augustinus dicit lib. 1. de Prædest. Sanct. c. 10. Tom. 7. Col. 1244: *Prædestinatio est, quasi sine præscientiâ non potest esse: potest autem esse sine prædestinatione præscientia.*

§7. Ne autem decipiamur ambiguitatibus, notandum est, quòd *Præscientia* vox in scripturis non *Præscientia in scriptura uno sumatur modo, sed duplici. Aliàs enim accipitur in laxâ, indefinitâ vel universali significatione, pro Visione, certâq; scientiâ ac notitiâ omnium omnino rerum, quæ sunt, fuerunt, fiunt & futuræ sunt, ut in illo* *plici modo sumitur.*

illo